



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 12. Concilium Sidoniense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

bat, nullam Hæreticis se deponendi esse Potestatem. Itaque re infecta redierunt, & Macedonius in locum exilii, quo jubebatur, migravit. Timotheus Patriarcha Neo-electus Diptychis inseruit nomen Joannis Nicajotæ Patriarchæ Alexandrini, eique Epistolas suas Synodales misit. Eas etiam Flaviano Antiocheno, & Eliæ Jerosolymitano misit, petebatque Imperator, ut Depositionem Macedonii, & Timothei Ordinationem suo calculo confirmarent. Epistolas Synodales Timothei quidem receperunt, at Depositionem Macedonii approbare recusarunt.

Sæculum VI.
A. C. 511.

Id. p. 133.

Vita S. Sabæ. ap. Cotel. p. 197.

§. XII.

Concilium Sidoniense.

Imperator utrique vehementissime succensuit; cumque Elias Patriarcha inde tempestatem Ecclesiæ funestam ominaretur, Constantinopolim misit S. Sabam inter Abbates Palæstinæ virtute clarissimum, qui Severo, aliisque Hæreticis ex Oriente, Constantinopoli dominantibus, resisteret. Palæstinæ Abbatibus in itinere constitutis, Imperator Concilium Episcoporum ex Oriente, & Palæstina Sidone congregari voluit, cui præesse jussit Sotericum Cæsariensem ex Cappadocia, & Xenajam Hierapolitanum, infensissimos Concilii Calcedonen-
Hist. Eccles. Tom. VII. Q stes,

p. 298.

Theoph. 131.

Sæculum VI. A. C. 511. stes, & erroribus Eutyichis, atque Dios-
 cori addictissimos. Sotericus a Macedo-
 donio Constantinopolitano ordinatus da-
 to chirographo professus fuerat, se De-
 creta Concilii Calcedonensis tanquam
 Regulam Fidei recipere. Postea vero
 exortis inter ipsum & Macedonium si-
 multatibus in Orientem profectus fue-
 rat, ut cum Xenaja consilia communi-
 caret. Ambo ab Imperatore postulave-
 rant, ut Concilium istud Sidoniense con-
 vocaretur, in quo Calcedonense peni-
 tus abrogarent.

Marc. Chr.
an. 511.

Sidone ferme octoginta Episcopi con-
 venire, ibique anno 511. Indictione quar-
 ta Concilium egerunt. Haud multo
 tempore ibi morati sunt, misitque Im-
 perator Tribunum Eutropium, qui eos
 dimitteret. Is Flaviano Antiocheno, &
 Eliæ Jerosolymitano suavit, ut ad Impe-
 ratorem perscriberent, quid in hoc Con-
 cilio fuisset decretum. Flavianus in sua
 Epistola professus est, se tria prima Con-
 cilia, & Henoticum Zenonis recipere,
 & Concilium Calcedonense silentio præ-
 teriit. Elias hoc Concilium rejiciebat,
 sed ejusmodi verbis, quæ Soterico, &
 Xenajæ non satisfaciebant. Ergo litte-
 ris ad Imperatorem datis inculant, in-
 ter Flavianum, & Eliam convenisse, ut
 Imperatori illuderent. Hæc res Anastasi

Marc. Chro.
an. 511.

si animum ita incendit, ut ambos Sedi- Sæculum VI.
bus suis pellere statuerit. A. C. 511.

§. XIII.

S. Sabas Constantinopoli.

Interea S. Sabas, ceterique ex Palæstina vita S. Sab.
Abbates Constantinopolim pervene- n. 51. p. 298.

runt, petieruntque admitti in conspe-
ctum Imperatoris, qui omnes intrare
jussit. Cum essent in Vestibulo, Silen-
tarii, qui fores custodiebant, omnes in-
trare sinebant, excepto S. Saba, quem
credebant esse mendicabulum, quod ve-
ste squalida, & multoties refarcita tectus
incederet. Imperator ceteros omnes
humane excepit, amabat enim Mona-
chos, legitque, quam reddiderunt, Eliæ
Patriarchæ Epistolam scriptam in hæc
verba: *Mitto tibi ex optimis, & fidelis-
simis Dei Servis selectissimos, qui ceteris
in tota Eremo præsunt, & cum ipsis Do-
minum Sabam, totius Palæstinæ Lumen.*

p. 299.

p. 297.

Quærit Imperator, ubi esset; Abbates
circumspicere, & mirari, cum nescirent,
quomodo ab ipsis discessisset. Jussit Im-
perator, ut diligenter perquireretur.
Strepitum ediderunt Cubicularii, & Si-
lentarii egressi, stantem & Psalmos re-
citantem invenerunt in angulo. Addu-
citur intra velum, videbaturque Impe-
ratori, Angelum se conspicere. Tum
omnes considerare jussi.

Qa

Cum